

Matthias Stein

**Universitatis Rostochiensis Rector, Matthias Stein/ J.U.D. & Cod. P. P. O. Ut
Funus, Qvod Vir ... Dn. M. Christianus Hildebrandus, Log. Prof. ... Viduus
møestissimus, Conjugi ... Gertrudi Laurembergiæ, hodie paravit ... Cives
Academicos O. O. ... rogat & hortatur : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus, d. 10. Martii,
Anno MDCCV.]**

Rostochii: Wepplingius, [1705]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766693279>

Druck Freier  Zugang



Stein, M.

in

G. Lauremberg,

uxor. C. Hildebrandt.

Rostock, 1705.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn766693279/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766693279/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn766693279/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766693279/phys_0004)

DFG

77.

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
RECTOR,
MATTHIAS SEEJER

J. U. D. & Cod. P. P. O.

UT FUNUS,

QVOD

Vir Nobiliss. Ampliss. & Excellentiss.

**DN. M. CHRISTIA-
NUS HILDEBRANDUS,**

Log. Prof. Duc. Publ. Facultatis Philosoph,
ut & totius Academiæ Senior,

VIDUUS mœstissimus,

*Coniugi sua qvondam mellitissima, nunc
desideratissima,*

**GERTRUDI
LAUREMBERGIAE,**



hodiè paravit,
frequentes comitentur,
Academicos O. O. Honoratissimos
quam humanissime
rogat & hortatur.

Rostochii Litteris Jo. WEPPLINGI, SER. PRINC
& ACAD. TYPOGRAPHI.

43.



Unera mortalium efferre ac lugentes inter incedere adeò inusitati nihil est, ut vel omni ferè die ea humanitatis officia aliis aut præstemus ipsi, aut ab aliis exhiberi cernamus. Nunc juvenum, nunc Senum de sepulturâ impendi curam videmus. Et in his si naturale seqvi judicium liceret, istorum potius jacturam , qvam horum doleremus obitum. Hi enim, cum non nisi variis laboribus ac fatigationibus multis debilitatæ ipfis vires sint, tantum afferre utilitatis humano generi non posse præsumuntur , ac ab ipsis florenti adhuc integrâq; in ætate sperantur. Ast, ope Spiritus Sancti, ex divino S. Scripturarum Codice informatus & illuminatus intellectus longè aliter hoc qvidqvad rei est considerat. Absit! ut Deo parum gratos eos pronunciem omnes,qvi ante ex conspectu hominū decedunt, quam ad seram usq; senectutem auram vitalem traxerunt. In his ipsis qvoq; profunditatem divitiarum sapientiæ & cognitionis Dei agnoscens cum Paulo dicendum duco: *Quam inscrutabilia sunt iudicia ejus, & imperveſigabiles via ejus!* *Quis enim cognovit mentem Domini?* aut qvui fuit illi à confiliis ? Rom. XI. 33.34. Juvenum infantumq; corpora humatum duci qvando aspecto, eorum illicò recordor , qvæ Auctor Libri Sapientiæ scripsit Cap. IV.10.11. *Aetas senectutis, vita immaculata.* Placens Deo factus dilectus ; & vivens inter peccatores translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Verum enim verò id extra dubium qvoq; possum mihi est, provectam ætatem divinorum donorum non minimum haberi debere. Taceo jam, quod præcepta DEI homini, cuius cor ipsa custodit, longitudinem dierum, & annos vitae, & pacem apponere dicantur, Proverb. III. 1.2. Sed pueris etiam nostris notum esse debet, qvaro præcepto auditentibus hanc promissam à Deo benedictionem esse , ut ad extremam usq; senectutem crescant, Exod. XX.12. Dubitandum id circa videtur , numne Senum magis, qvam juvenum tuncribus illachrymari nos oporteat ? Exemplo enim & filialis obser-

observantiæ probæq; vitæ, & eam remunerantis divinæ bo-
nitatis ac benedictionis nobis nostrisq; dum vivunt, esse pos-
sunt. Qvod si vero contingat, ut senio confecti demum su-
prenum suum diem obeant, qvi eorummet non exiguâ cum
laude peractas vitas in ipsorum memoriam ac posterorum
gratiam delineemus, fas est. Et hoc ipsum ad hæc Vobis,
Cives Academicæ O. O. Honoratissimi! iterum scribenda quod me
impulit, fuit. Ignotum nemini Vestrum est, durante hoc Re-
ctorali meo munere, duorum conjunctissimorum Collega-
rum meorum Iuvavissimis Conjugibus hoc quicquid est scri-
ptionis genere justa me celebrasse. Nunc vero ternarius, qvi
perfectus alias judicatur, utinam & hoc in casu perfectus sit
atq; completus! completur numerus. Fatis enim functam
nuper esse percepistis Matronam Nobilissimam atq; Piissi-
mam, GERTRUDEM LAUREMBERGIAM, uxorem,
qvoad viveret, dilectissimam, nunc, eheu! desideratissimam
Viri Nobiliss. Ampliss. atq; Excell. DN. M. CHRISTIANI
HILDEBRANDI, Philosophiae Rationalis Prof. Publ. Ce-
leb. Facultatis suæ ut & totius Academiæ Senioris gravissimi,
Collegæ nostri honoratissimi. Fuit eorum in numero ipsa,
qibus demonstratæ erga Parentes pietatis & mandatorum
divinorum, quantum perversa illa humanæ mentis indoles
permittit, observantiæ præmium, diuturnioris vitæ benedi-
ctionem, sentire datur. Qva propter, ne memoria ejus obli-
vione inter nos deleatur, ut vitæ ipsius cursus heic percipere-
tur, optimè meruit. Ortum suum Majoribus debuit cum no-
minis celebritate, tum meritorum magnitudine longè fulgi-
dissimis. *Patrem* qvippe agnovit Virum Nobiliss. Experien-
tiss. atq; Excell. DN. PETRUM LAUREMBERGIUM,
Philos. & Medic. Doct. Artisq; Poëticæ in hac alma Studio-
rum matre Prof. Publ. qvondam famigeratissimum, incly-
tum per universum Literatorum orbem Polyhistorem. *Ma-*
tre osculata est Matronam Nobilissimam MARGARE-
THAM CARMONIAM, sexus lui permagnum decus. *Avus*

) (2

Paternus

Pater*nus* ei contigerat Nobiliss. Experientiss. & Excell. DN.
GVILIELM. LAUREMBERGIUS, itidem Phil. ac Medic.
D. hujusq; ut & Super. Mathem. Ducalis Prof. Publ. non mi-
nus de hac Universitate nostrâ optimè meritus Vir. Ejus
conjunx, NOSTRÆq; adeo piè defunctæ *Abia* ejusdem lineæ
fuit Nobiliss. ac virtutum muliebrium coronâ exornatissima
fœmina. JOHANNA CHRISTINA LONGOLIA, qvæ
ex Nobilissimâ apud Ultrajectinos in Batavia LONGOLIO-
RUM familiâ sangvinem suum derivaverat, à Vitrico autem
Iuo, Nobiliss. & Consultiss. Viro, PETRO MEMMIO, J. U.
D. in ipsâ adhuc infantâ suâ, qvo crudelissimam illam à Duce
Albano in Batavos excitatam persecutionem effugeret, re-
fugiumq; purioris suæ Religionis qværeret, ad nostrum Ro-
tum perducta. Maternæ lineæ *Abus Beata Nostra* extitit Vir
Nobiliss. Spectatissimusq; DN. JACOBUS CARMON, pri-
marius qvondam urbis nostræ Civis atq; Negotiator, ex
Nobili inclytâq; apud Britannos CARMONIORUM familiâ ori-
undus. Duxerat is sibi Conjugem Virtuosissimam fœmi-
nam, MARGARETHAM *Sibethen* / ex Generolâ profa-
piâderer *Sibethen* in Livoniâ ortam, quam hiñc *Aviam* suam
BEATA NOSTRA venerata est. Non erit, ut plures longo or-
dine ejus Majores numeremus, quorum tamen omnium ho-
nesta adhuc hodie tama supereft. Non enim Parentum splen-
dere, quin potius propriis virtutibus coruscare *NOSTRA* ma-
luit, probè advertens, id maximè sufficere sibi, qvod à chris-
tianis, honestis atq; piis Parentibus prognata fuerit. Ea au-
tem felicitas ipsi contigerat A. ab orbe redempto MDCXXIX.
ipsâ Epiphaniæ die, qvam Festum Trium Regum vulgus
vocare afolet, intra horam sextan & septimam matutinam;
qvo temporis puncto lucem hancce hac ipsâ in civitate ad-
spicere cepit. Tum statim Parentes ejus, quæ provida ipso-
rum cura erat, ut hæc recens nata per illud regenerationis la-
vacrum renasceretur & Christianæ Ecclesiæ redderetur mem-
brum, effecerunt, imposito ipsi, in rei illius memoriam, GER-
TRU-

TRUDIS nomine. Neq; deinceps in sollicitâ ejusdem educatione quidquam eorum intermisere, qvæcunq; ad pietatem tenello infantis animo instillandam, aut virtutem ei ingenerandam facere posse visa sunt. Et præsertim qvidem Genetrix BEATÆ NOSTRÆ, qvam, ceu pietatis omniumq;, qvæ sequiori sexui maximo ornamento esse solent, virtutum vivum exemplar uno ore collaudant omnes, eò anxiè allaboravit, ut à se progenitam sibi qvoq; ex alle similem redderet. Neq; frustra hoc studium impendebatur, siq; videm felicem omnino institutionis suæ effectum cernere ei licuit. Videbantur quasi per traducem virtutes Parentum in Filiam hanc derivatæ, qvapropter adolescentula adhuc non ætate sibi æqvalescantum, sed adultas etiam, si non omnes, certè multas inviratum exercitio superavit. Maximè autem omnium non infuscata ejus commendanda pietas est. Qvoad enim usq; vires corporis exitum ei permisere, templa qvam diligentissimè freqventavit, verbum cœleste prædicatum attente auscultavit, devotas ad Deum preces suas direxit, peccata sua, ecqvis enim ab illis immunis §. Seriò confessæ, & salutari Cœnæ Dominicæ epulo in fidei suæ confirmationem non infreq; venter refocillata est. Et qvanqvam inde ab aliquo tempore ipsa senectus ejus, ut extra domum suam læpius prodiret, perterritre recusaverit, haud tamen in piis suis meditationibus remissior facta, qvid? qvod eò majori cum sedulitate Scripturarum sacrarum folia non tam evolvere, qvam animo suo tenaciter imprimere deprehensa fit. Unde eam sibi promptitudinem conciliaverat, ut, instituto de rebus sacris discursu, illicè ex sacris literis dicta probantia sine omni difficultate ac hæsitatione allegare valeret, citatis & libris, ubi continentur, & capitibus. Ita verè, velut hominem Christianum decet, exsecuta erat Petrinum illud monitum, i. Epist. III. 15. Sit pars semper ad respondendum cuilibet petenti, ut loquamini de ea, qvæ in vobis est, sfp. Egregias hasce animi virtutes in ipsa per aliquid temporis spatium satis superq; agnoverat

relictus nunc pertristis Vidiuus , Excellentissimus HILDE-
BRANDUS noster . Non poterat non easdem secum admirari , qvæ admiratio dein amorem adeò virtuosissimæ Virginis
in ipso peperit , ut eandem sibi conjugali vinculo aliquando
jungendam exoptaret . Versabatur ille tum temporis in
ædibus Viri Præ-Nobiliss. Consultiss. atq; Excell. DN. JA-
COBI SEBASTIANI LAUREMBERGII, JCti & Pandect.
Prof. Publ. Celeberrimi , nec non Consistorii Ducalis Meck-
lenburgici Assessoris , jam Anno MDCLXIX. ex hac mor-
talitate erepti , piè demortuaæ NOSTRÆ Fratris , qui il-
lum Studiis filii sui natu majoris SIMONIS PETRI mo-
derandis præfecerat . Haic igitur cum consensu Matris ac
modò laudati Fratris Anno MDCLXVII. d. 7. Julii desponsa-
ta fuit , præsentibus ab alterâ parte testibus Viris summè Re-
verendis B. DN. D. JOHANNE QVISTORPIO , summo
tum apud nos Theologo , ut & B. DN. GEORGIO DAM-
MIO , S. S. Theol. D. & Ecclesiaste tum Mariano hujus loci .
Verum qvo minus sponsalia hæc tum statim consummatio-
nem suam experientur , iter qvoddam sponso ingrediendum
impedimento fuit . Cum enim memoratus D. DAMMIUS ,
exhinc Pastor Ecclesiæ Palæopolitanæ à Regiomontanis vo-
catus abitum illuc moliretur , HILDEBRANDUM suum ,
utpote qvo cum familiarem amicitiam agebat , viæ comi-
tem sibi exoravit . Ubi per integrum fermè annum subsi-
stere febri corruptum oportuit . Reverso autem ipso se-
quente Anno MDCLXIX , circa Festum Johannis Baptistæ ,
insecutâ die 13. Mensis Octobris nuptiæ HILDEBRANDI-
NO-LAUREMBERGIANÆ consummatæ ac celebratæ
funt . Placidum temper hoc conjugium fuit amorisqve ple-
num . Ita qvidem , ut uterque Conjugum alterum amoris
sinceri magnitudine vincere anniteretur . Et qvanqvam ini-
tiò qvidem , per integrum qvinquennium sterile ipsum vi-
debatur , tandem tamen Anno MDCLXXII enixa est NO-
STRA Filium , JOACHIMUM CHRISTIANUM , J.U.D.
hodiè

hodie Clarissimum, obitum dulcissimæ Parentis ~~qve cor-~~
dictus lugentem. Unicum hoc conjugalis amoris pignus
Genitoribus suis tantum fuit, ideoque in eo educando, ad pi-
etatem, honestam vitam, & literarum studia ducendo, quan-
tum in ipsâ fuit, eò plus curæ influxit NOSTRA in DEO piè
defuncta, haud leve ex eodem gaudium atque solarium re-
cipiens. De cetero ipsam in conjugio suo, quod ultra vige-
simum septimum annum constans duravit, sine omni cruce
& afflictione divinitus immisâ vixisse, ne quidem præsu-
mi potest. Nemo namque Christianorum aliquod ab eo
privilegium exemptionis datum. Crux Christianorum ve-
xillum est, sub quo Christo Duci suo sacramentum dicendum
quibuscumque est, quotquot pro gloriâ illius in Ecclesiâ hac
militante militaturi sunt. Interea verissimum semper depre-
hendere licet illud Pauli testimonium: *Fidelis est Deus, qui*
non sinet vos tentari supra id, quod potestis, immo faciet unum cum ten-
tatione eventum, quo possitis sufferre. 1. Corinth. X. 13. Idque in
suis etiam afflictionibus experta NOSTRA fuit; quare fidu-
ciam suam adeò nunquam abjecit, ut potius tolerantiam suam
in iis magis magisque confirmando, veram in Deum fidem
declaraverit. Nec alia lethali lecto affixa mens fuit. Eve-
niebat mediâ serè nocte inter 18. & 19. superioris Mensis dies,
ut in spirituali quadam luctâ pugnandū ipsi eslet, quæ lachry-
marum penè flumina oculis ejus expresserat: ast vicit tandem
verâ fide per DEI gratiam. Et in hoc itaque acqviescens cubitum abiit.
Postero autem die circa horam 4. pomeridianam subito in Febrim in-
cidit, non vero postea reversam. Nihilo tamen minus malum hoc ali-
ud malum premebat. Non enim multo post pleuritidem pasto obstru-
ctionum vehementiam persensit. Remittebant paulatim hi dolores,
ita, ut & qui juxta eam erant spem conciperent, fore, ut ex hoc mor-
bo ægra convalesceret, nec ipsa diutius in lecto hærere vellet. Sed alii-
ter viræ necisque arbitrio placuit. Paucorum namque dierum intervallo
emenso, morbus ille cum foenore redibat, adeò ut ægrum corpus, cete-
roquin jamjam senecture languescens, doloribus totum frangi videre-
tur. Mortiferum igitur eundem sibi animadvertisens, primù omnium
de spirituali medelâ animæ suæ quærendâ sollicita fuit. Ad DEI igitur
misericordiam unicè contugiebat, eadem treta delicta sua confitebatur.

Qvem

Qvem in finem qvicqvid devotarum pre^{cation}um memorie succurrebat Domino obtulit, in recitandis spiritu plenissimis hymnis poematis alibus: Wo soll ich sieden hin? &c. Herr Jesu Christ du höchstes Gut &c. aliisque, Filio ipsi praefere Julio. Deinceps, postquam a peccatis absolutionem per ipsum impetraverat, Sacrum corporis ac sanguinis Domini epulum, ceu certissimum piarum animarum viaticum: unum cum relictis nunc Marito Filioque moestissimis, e manibus Confessionarii Iui, summe Rever. Ampliss. & Praeclariss. Dr. HENRICI BECKERI, Pastoris Jacobae longe optimè meriti, accepit. Factum id die 26. Februarii circa horam X. antemeridianam. Postmodum nec corporis curam neglexit. Qvando autem, cuius fideli opera & consiliis hactenus usus ordinarie erat, Nobil. Experient; ac Excell. DN. JOH. ERN SCHAPERUS eo ipso tempore peregrine profectus erat, vices ejus obiit accessitus vir Nob. & Experientiss. DN. GEORG. GERTLINGIUS, Med. D. & Practicus felicissimus. Et, qvod ordinaverat, Medicamentum id efficacis videbatur, ut, cum hactenus tres integros dies totidemque noctes insomnes duxisset, eo assumto, suavi somno occuparetur. Hactamen internil nisi Deum meditabatur, beatam expectans analysin, mundanis qvibuscunque ultimo vale dicto. Qvanquam etiam mortis amaritudinem tum gustare cepit, non tamen firmam divini auxillii spem amisit, qvin potius saepiusculè ingeminaret illud angelicum: non esse impossibile apud Deum omne verbum, Luc. I. 37. Tandem vero cordis anxietate aucta, pulmones suum ulterius præstare officium recularunt, qvapropter ipsa quasi somno se se commissura acqvievit. Cumque in ultimo nunc vita periculo constitutam Filius cerneret, in hasque prouumperet preces: Tibi, Domine Jesu! vivam, Tibi, o Jesu! moriar, vivens moriensque Tua sum: O Jesu Christe GoodnesSohn! der du für mich hast gnug gehan/ ach schlauf mich in die Wunden dein &c, ut &: Domine Jesu! per te propter acerbissimas, qvas sustinuisti passiones Tuas, animam hanc a Te redemptam commendatam Tibi habeas; audito nomine Jesu, oculis apertis, labia oris movit, quasi idem & ipsa invocatura esset ore externo, qvod cor faciebat. Eâ in devotione obdormire potius, qvam mori videbatur d. 27. Februarii horâ tertią matutina, post qvam descriptum a Davide communem vitæ terminum jam supergressa erat, & in hac misericordum valle vixerat 76. annos, mensem unum & dies 18. Talis exitus tali vita conveniebat. Ipsi optimè nunc est, ut de obitu hocce gratulari ei habeamus. Relictis Vido ac Filio vero a Spiritu solatii solamina efficacia apprecamur. Id denique nobis restat, Cives Honoratissimi! ut ultimum honorem pie defunctæ exhibeamus. Qvare cum exanime corpus christiano more terræ mandandum hodie sit, frequentes eatis exequias hasce velim. Vobis enim fieri quod vultis, id aliis faciatis oportet. Valete!

P.P. Sub Sigillo Rectoratus, d. 10. Martii, Anno MDCCV.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn766693279/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766693279/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn766693279/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766693279/phys_0015)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn766693279/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766693279/phys_0016)

DFG



nine. Neq; deinceps in sollicitâ ejusdem edictum eorum intermisere, qvæcunq; ad pietatem is animo instillandam, aut virtutem ei ingenere posse visa sunt. Et præsertim quidem *GENESTRAE*, qvam, ceu pietatis omniumq;, qvæ se maximo ornamento esse solent, virtutum vivum ore collaudant omnes, eò anxiè allaboravit, ut sibi qvoq; ex asse similem redderet. Neq; diuidum impendebatur, siquidem felicem omnis suæ effectum cernere ei licet. Videbantur lucem virtutes Parentum, et anc deris pter adolescentula adhuc dulatas etiam, si non iugio superavit. commendata exitum vit, vnde ad in. E ut ext. , haud qvid? qvæ im folia non scriptu. Amo suo temere deprehendi. In sibi prompti illaverat, ut, in sacris discursu, literis dicta probare. Omni difficultate ac legare valeret, citati & libris, ubi continentur, ita verè, velut hominem Christianum decet, Petrinum illud monitum, i. Epist. III. 15. Sicut ad respondendum cuilibet petenti, ut loquamini de eo est, sive. Egregias hasce animi virtutes in id temporis spatium satis superq; agnoverat relictus

963

